

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Concl. XI. Peccat mortaliter qui absque necessitate conficit Sacmentum
in malo statu, prefertim si ex officio ad id est concecratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

Ordinato cum impedimento, ut aeat Episcopum, eis que exploret intentionem; vel si id fieri nequeat, recipiat iterum sub conditione Ordinem, ne maneat in illo dubio cum periculo invaliditatis aliorum Sacramentorum, quae ex Ordinatione pendent.

152. Petes rursum, cum contractus emptio-
nis communiter valeant, et si alia res nu-
mero, ejusdem tamen speciei & aequalis
bonitatis, substituatur; cur (inquam) con-
tractus Matrimonij non sit validus, si per-
sona qua substituitur, sit aequa bona, pul-
chra &c. Pro responsione

Nota ex tract. de Justitia & Jure, quem-
libet contractum irritari per errorem in
substantia rei; v.g. qui vendit vitrum
putanti esse gemmam, non facit validam
venditionem. Ratio est manifesta: quia
deest consensus in talen rem; nihil quippe
volitum, nisi cognitum: porro consensus est
essentia contractus.

Et ita decernitur ff. de Contrah. emp-
tione L. 9. In venditionibus (inquit) & em-
ptiōnibus consensum debere intercedere, palam
est Si igitur ego me fundum emere puta-
rem Cornelianum, tu mibi te vendere Sem-
pronianum putas; quia in corpore dissentimus,
empio nulla est. Et infra: Inde queritur, si
in ipso corpore non erratur, sed in substantia
error sit, ut putas acutum pro vino veneat, as
pro auro, vel plumbum pro argento, vel quid
aliud argenti simile, an emptio & venditio sit?
Respondet Ulpianus: Si vinum non acutum,
sed ab initio acutum fuit ut embanna, id est,
intinctus; aliud pro alio venisse videtur: in ea-
teris autem nullam esse venditionem puto quoniam
in materia erratur. Porro quis audeat vel le-
viter suspicari, non errari in materia Matri-
monij, si una persona pro aliis obtrudatur?

Equidem variatio personae in hominibus
aequivalet variationi speciei in alijs rebus.
Molinus. Unde etiam (secundum Molinam de
Justitia Tomo 2. disp. 340. n. 21.) talis
variatio facit irritam emptionem servi &
ancillae, juxta legem civilem mox allega-
tam, ibi: Idem est, si ego me stichum, tu
Pamphilum absensem vendere putas: nam cum
in corpore dissentiantur, apparet nullam esse ven-
ditionem. Quanto potiori jure emptionem
(ut sic loquar) conjugis, ex cuius varia-
tione maxima resultat diversitas ad inten-
tum Matrimonij, & vitam communem per-
petuam?

Rationabiliter ergo contrahens Matri-
monium censetur suam voluntatem alliga-
re ad hanc personam, etiam magis, quam
emens aurum alligat suam voluntatem ad
aurum. Contrarium evenit in emptione

vini, vestis & similiū rerum; parum
enim refert ad intentum ementis sive haec,
sive alia numero, aut etiam aliquando
specie diversa detur, dummodo sit aequa
bona.

Contra: Etiam alia uxor poterit esse
aequa bona, immo forte melior. Respondeo
hanc equalitatem aut meliorationem non
posse ab hominibus prævideti, cum pendeat
ex quam plurimis circumstantijs, ut placeat
coniugi vel displiceat. Quare merito quis-
que non alieno, sed suo vult judicio fidere
in re tantis momenti.

Hucusque de conditionibus necessariis
in ministro ad validam administrationem
Sacramenti. Ad licitam verò insuper re-
quiritur, Primo sanctitas sive status gratiae.
Sed nunquid sub gravi obligatione?

CONCLUSIO XI.

Peccat mortaliter qui absque
necessitate conficit Sacra-
mentum in malo statu, pte-
sertim si ex officio ad id est
consecratus.

Quod sit aliquod peccatum absque ur-
genti necessitate conficere Sacramen-
tum in peccato mortali, nemo dubitat.
Tertius est D. August. lib. 2. contra Episto-
lam Parmentiani cap. 10. post medium, &
habetut 1. quæst. 1. cap. 78. Omnia (in-
quit) Sacraenta cum obstante indignè tra-
ctantibus, profum tamen per eos digne sumen-
tibus. Tertius Nicol. I. ad consulta Bul-
garorum cap. 71. & habetur 16. q. 8. cap.
ultimo, ibi: Porro qualicumque Sacerdos sit,
que sancta sunt coquimare non potest. Idcirco
ab eo, usquequo iudicio Episcoporum reprobat,
communio percipienda est, quoniam mali bona
administrando se tantummodo ledunt; & cerea
fax accensa sibi quidem detrimentum prestat,
alijs vero lumen in tenebris administrat; &
unde alijs commodium exhibet, inde sibi differ-
endum præberet.

Accedat testimonium Concilij Trident.
sess. 13. cap. 7. Non deceat (inquit) ad sa-
cras illas functiones quemquam accedere nisi
sancte. In quibus verbis pro fundamento
hujus obligationis sive decentie statuit
Concilium sanctitatem operis. Unde sub-
dit: Ceterè quo magis sanctitas & divinitas cele-
stia huic Sacramenti (Eucharistie) viro Chri-
stiano comperta est, eo diligenter cavere ille deberet,
nè absque magna reverentia & sanctitate ad id
perci-

180 *Diss. I. De Sacramentis in genere.*

percipiendum accedit. Addere possumus: Et ad conficiendum. Quemadmodum ergo ad minus venialiter peccat, qui suscepit Sacramentum in malo statu, praeceps propter Sacramenti sanctitatem; ita etiam pari ratione, qui conficit.

155.

Isiae 52. *Et certè si ministros Sacramentorum veteris Legis oportebat esse mundos, juxta illud Isiae 52. v. 11. Mundamini qui fertis rasa Domini; quanto magis convenientem ministros Sacramentorum Legis Euangelicæ esse mundos & sanctos?* Quippe in tantum perfectione, dignitate & sanctitate Sacra-menta novæ Legis excedunt Sacra-menta antiqui testamenti, in quantum sanctitas vera, id est, gratia sanctificans, per quam homo constitutus filius Dei adcepit, excedit gratiam sive sanctitatem legalem, quæ non consistebat nisi in munditia quadam corporali aut remotione quarundam lega-tium irregularitatum.

156.

Sententia multi propriæ causæ facilitatem moraliter gratia sanctificantis, pecunia mortali et minister administrantes Sacramentum quodcumque in malo statu, est ad hoc ex officio non specialiter conseruato; ita Vasquez, Lugo & alii.

S. Dionysius.

Ioann. 20.

157.
Ratio Conclusionis ex sanctitate actionis.

Et ideo Christus tribuens discipulis potestatem remittendi peccata per infusionem gratia sanctificantis, præmisit Ioan. 20. v. 22. hæc verba: Accipite Spiritum Sanctum, volens significare necessitatem Spiritus Sancti inhabitantis eum, qui alios sanctificat.

Ratio itaque à priori hujus sententiae rigidoris, est sanctitas illius actionis. Enimvero appetet valde indecens, quod minister Sacramentorum, sive huic muneri specialiter deputatus sit, sive non, gerens personam Christi in illa actione, quæ consert alijs gratiam sanctificantem, sive mancipium diaboli & inimicus ipsius Christi, sive (ut loquitur Vasq.) quod minister gratia neque con-

cordet cum principali auctore gratia, neque cum instrumento.

Rationem à posteriori assignat Vasq. supra num. 36. ex Gabriele 4. dist. 5. quæst. unica art. 3. dub. 2. Si quis in actuali ministerio peccare peccato odij, aut alio genere peccati mortalis, etiam peccaret mortali peccato sacrilegij contra Sacramentum, insigne nimis illud tractans; atqui eadem est ratio peccati actualis, & habitualis; ergo &c.

Respondet Dicastillo disp. 3. num. 228. A Dicastilione organica & posteriori assignata Vasq. Primò, Majorem eadem facilitate negari posse, quâ assertur. Secundò, gratis concessâ maiore, negat minorem; probabile quippe est peccare veniali sacrilegio qui recipit Eucharistiam in actuali peccato veniali, secùdum habituali.

Sed contra: disparitas est, quod morali ter homo non sit sine peccato habituali veniali; adeoque Deus non censetur illam dis-positionem requirere, bene sine peccato veniali actuali, & mortali habituali.

Caterum, quamvis ex auctoritate & ratione hæc sententia sit probabilis, non tamen reddunt illam certam. Nec ego (inquit Joannes Poncius in Cursu suo Theologico disp. 41. quæst. 9. conclus. 1.) existimare conueniens reddere iugum Domini gravius, quā ipsem exprefit aut per se, aut per Ecclesiam suam, sive in Concilio generali aliquo, sive ex declaracione alicuius Pontificis. Unde refunderem hanc obligationem in jus positivum significatum sufficienter per communem consensum DD. contentiente Ecclesia, & confirmatum consuetudine com-muni omnium ministrorum Sacramento-rum non laborantium ignorantia, qui omnes existimant se peccare mortaliter. Ita hic Author.

Verum ubi legerit communem illum consensem DD. vel quis indicaverit ei communem illam consuetudinem omnium ministrorum, ignore; hoc scio, quā plurimos DD. contradicere ipsius conclusionem (quæ generaliter affirmat, quemlibet ministrum peccare mortaliter) omnes (inquam) qui docent solum ministrum ad id specialiter consecratum peccare mortaliter; nec aliud communis consuetudo ministrorum declarat.

Quare signanter in conclusione addidi: Præfertim si ex officio &c. Et de illo dumtaxat loquitur Paulus V. in Ritu Romano Titulo de ijs, quæ in Sacramentorum administratione generaliter ser-vanda sunt, ibi: Cum igitur in Ecclesia Dei nihil sanctius aut utilius, nihilq; excellenter

aut
159.
Curi sit sp-
positionum
Conclusioni
ni; præfir-
tum serva-
cis, &c.
Rit. Rom.

aut magis divinum habeatur, quam Sacraenta ad humani generis salutem a Christo Domino instituta; Parochus, vel quisvis alius Sacerdos, ad quem eorum administratio pertinet, meminiſſe in primis debet, se sancta tractare, atque omniſe temporis momento ad tam sancta administrationis officium paratum esse oportere. Quam obrem illud perpetuo curabit, ut integre, castæ, pieque vitam agat: nam eis Sacraenta ab impuris conquinari non possunt, neque a pravis manistris eorum effectus impediri; impure tamen & indigne ea ministrantes, in eterno mortis reatum incurunt. Sacerdos ergo si fuerit peccati mortalium sibi confessus (quod abit) ad Sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde peniteat: sed si habeat copiam confessari & temporis locique ratio ferat, conuenit confiteri.

Non dixit: debet confiteri; quia tale preceptum divinum vel humanum non reperitur ad aliud Sacramentum, etiam recipiendum, praeter Eucharistiam, de qua specialiter id constitutus vel declaratur a Trident. Concilio Trident. l. 13, cap. 7. potius in ordine ad passivam illius receptionem, quam ad administrationem. Sufficit ergo contrito; quam si bona fide putat se sacerdos eliciſſe, poterit à novo peccato mortali per istam bonam fidem excusari.

Atque hæc sententia sic restricta est communissima, fundata in lumine naturali, quod dicitur graviter adversari reverentia Deo ac rebus sacris debita, quod hostis Dei ac Christi permanens voluntariè in statu tam indigno, trahet res tam sacras, quibus sanguis Christi sive ejus merita, ac vera sanctitas suscipienti communicatur, per actionem, ad quam ritè obeundam sit consecratus, & specialem potestatem ac sanctitatem accepit.

Solus, quem scio, Reverendissimus P. Merchant in suo Tribunal Sacramentali nullā innixus auctoritate & debiliteratione permotus, videri posset velle refragari. Nam tomo 1. Tract. 2. tit. 5. q. 1. conclusionem quartam, qua talis est: *Qui in peccato mortali actu existens confessiones audiit & absolvit penitentem, mortaliter peccat, sic explicat: Notanter (inquit) dixi (qui in peccato mortali actu existit) id est, qui in eo voluntate remanet, sive per actualem, vel virtualem malitiosam voluntatem, sive per complacentiam aut negligentiam; non enim illius actu in peccato mortali existere censio, quem revera de peccato mortali pœnitent, & jam ab illo aversus, voluntatem plenè ad Dominum conversam habet; et si tamen, ob morum adhuc insufficientem ad perfectam contritionem, in peccati reatu existat.*

Et q. 2. hanc ponit conclusionem secundam: *Nec confessarius tenetur ad perfectam Idem. contritionem, ita ut illius sit conscientius; saltem opinativè & probabiliter. Ratio (inquit) iterum est: quia non extat tale preceptum; præterquam eriam quod s̄pē sit in multis casibus moraliter impossibile: quis enim viā ordinariā se perfectè contritum judicare aut verè astimare potest? s̄pē etiam contingit, ut quis citò ad infirmum evocetur, ita ut non derur tempus aut medium, quo hujusmodi contritionem exciter, mente alijs forte, quæ ad hoc ministerium spectant, distracta.*

Quæris autem, ad quid ergo Confessarius teneatur? Respondeat, & est conclusio 3. Confessarius per se non tenetur nisi ad bonum & verum motum cordis, quo quantum in se est, de peccato doleat, s̄tque totaliter aversus ab omni voluntate peccaminosa cum conversione ad Deum, & proposito opportune confitendi. Ratio est: quia hoc sufficit ut dicatur se verè preparare ad gratiam, & facere quod in se est juxta præsentem obligationem. Hæc Marchantius, cui in omnibus non possum subscribere, ut patebit ex di-

cendis.

Sane quod attinet casum necessitatis: *Qui impugnat. Nemo potest ad impossibile obligari Reg. 6. de Reg. Juris in 6. Hinc in conclusione, ex Reg. 6. in 6.*
communi sententia, addidi illam restrictiōnem: *Absque necessitate; quippe cum Sacra- menta instituta sint in salutem animarum, non est irreverentia, si in extrema necessitate, ut subveniatur proximo, qui aliis sine Baptismo aut Absolutione moreretur, ministrentur à peccatore. Sic enim videmus multa fieri circa personam Regis vel Principis in casu necessitatis, quæ extra illum gravissimam irreverentiam continerent. Præceptum ergo charitatis proximi periclitantis preponderat præcepto Religionis; non quod possit in necessitate irreverenter tractari Sacramentum, sed quia ratione ipsius cessat irreverentia, quæ alioquin fieret.*

Ex quo tamen male infertur conclusio generalis, hoc est, id etiam esse licitum extra necessitatem, ut predictus. Auctor vindetur argumentari, & ante ipsum Valsq. 1. 2. q. 63. cap. 2. n. 9, in fine: *Quis (inquit) dicere audeat licitum non esse ministrare Sacramentum absolutionis petenti illud in articulo mortis per sola signa contritionis, etiam si sunt contraria de hac re opiniones? quod si licitum est ita succurrere existenti in periculo mortis, signum est alioqui sine tali necessitate licitum esse.*

160.
Cui senten-
tias se re-
stituta inno-
ratur.

Contraria
sententiaz
videtur pos-
ser P. Mar-
chant.

Quae isthac consequentia? Similis planè illi: licet ministratur agonizanti Sacramentum Baptismi in materia dubia, quando certa nequit haberi: ergo etiam sano homini & bene valenti, quando certa potest haberi. Quis Theologus sic argumentatur? Certè falsissimum est, ut ostenditur ex innumeris casibus in hac & alijs materijs moralibus, illud semper licere extra necessitatem, quod licet in necessitate.

163.
Responso
ad ratio-
nem Mar-
chantij.

Porro ad rationem Marchantij Respondeo, extare virtutem Religionis, quæ superpotita institutione Sacramentorum, jure naturali obligat ad dignam ac reverenter eorum ministracionem & susceptionem. Vel ergo non requiritur contritus existimata ad dignam susceptionem Confirmationis, Extremæ Unctionis, Ordinis & Matrimonij, quod est contra torrentem DD. sine ullo fundamento, & ab ipso Marchantio supra conclus. 3. negatur; vel etiam requiritur ad reverenter ministracionem.

Respondes cum Auctore allegato negligendo paritatem & disparitas enim (inquit) magna est: qui Sacraenta vivorum suscipere debet, si peccati mortalis sit conscius, urgetur praecopo speciali de non ponendo obicem Sacramento & ejus effectui: unde necessariò aut confiteri debet aut conteri, Ita Ille.

164.

Ast interrogo, ubi extat tale præceptum? Facilius dicitur, quā ostenditur. Sanè haec tenus nemo aliud produxit, quā quod legitur apud Apostolum 1. Cor. 11. v.28. & 29. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.

I. Cor. 11.

Præterea: minister tenetur facere quod vel quantum in se est, ut in gratia ministrare possit: potuit autem confiteri cum attritione, & conteri cum proposito confessionis. Ita sibi objicit Marchantius supra. Respondeo autem: Illud (quod vel quantum in se est) non debere intelligi quod omnia media, sed quod ea tantum, quae sine superaddito gravamine in ejus potestate sunt, nimis juxta modum, quo communiter peccatores à peccato averti solent, ubi singularē præceptum non est. Hic autem modulus non est nisi per bonum cordis motum in Deum, & aversionem à peccatis, cum proposito opportuno tempore confidendi. Neque enim absque gravamine ad præceptum confessionis obligari quis potest, quod in sola perceptione Eucharistiae obligare declaravit Ecclesia; neque contritionis necessitate, quæ non est in potestate hominis omni tempore, etiam præceptum de au-

dienda confessione pœnitentis urgeret. Huc usque Marchantius.

Contra: Non magis est in potestate hominis elicere contritionem, quando urgeat præceptum suscipiendo Eucharistiam, quam dum instat præceptum administrandi Sacramentum Pœnitentiae; ergo si peccator propter impossibilitatem exculcat ab irreverentia ministrando Sacramentum Pœnitentiae in malo statu sine contritione existimat, etiam excusatibus suscipiendo Eucharistiam, cùm tamen Concil. Trident. sess. 13. cap. 7. declareret, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalisi, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentalis confessione ad Sacram Eucharistiam accedere debeat.

Ergo supponit Concilium hominem obligari faltem ad contritionem; adeoque eam esse possibilem cum gratia Dei, quæ non deest facienti quod in se est, iuxta commune Theologorum proverbiū: *Facient quod in se est, Deus non denegat gratiam, maximè ad actus supernaturales, quando aliquin jure naturali vel divino precipiuntur; nam (ut haberet Regula Juris supra relata) Nemo potest ad impossibile obligari.* Igitur si Deus obliget me ad actum supernaturale, debet subministrare gratiam necessariam ad actum illum eliciendum, alioquin omissionis illius non imputabitur mihi in peccatum. Proinde viā ordinariā, qui facit quod in se est ad eliciendam contritionem, verè & certò moraliter potest judicare & estimare se perfectè contritum.

Nec aliam dispositionem exigit communissima & verissima sententia ad ministracionem & susceptionem Sacramentorum: non quod nostra estimatio aliquid conferat ad rem & sanctitatem, si vera contritio non sit; quin immo contingere posset, quod qui magis contritus est, minus se estimet contritum; sed quia hæc estimatio possibilis est (scit enim unusquisque ob quod mortuum doleat de peccatis) & reverentia debita Sacramentis videtur eam requirere tum ob sanctitatem ipsius Sacramenti, tum ob sanctitatem ministri, qui ad illud munus obeundum specialiter Deo est consecratus, & speciale à Deo accepit gratiam.

Ex dictis hac conculusione sequitur Pri-
mo, peccare mortaliter contra Religionem,
Sacerdotem in malo statu consecrantem,
malo statu
absolventes, inungentes; Episcopum
quoque, aut alium Sacerdotem ex com-
missione Papæ ordinantem vel confirman-
tem. Similiter Sacerdotem aut Diaconum
ex commissione ejus solempter baptizan-
tem.

Dico

167.
Sacerdos in
malo statu
consecran-
tes
absolventes
& co-peccat-
mortalius;

Dico *solemniter*: quia in articulo necessitatis (ait D. Tho. 3. parte q. 64. a. 6. ad 3.) non peccaret mortaliter baptizando in casu, in quo etiam posset laicus baptizare: sic enim patet quod non exhiberet se ministruum Ecclesie, sed subveniret necessitatem patienti. Qui à fortiori idem diceret de laico. Contrarium tamen non est improbable, & sequitur manifeste ex sententia Vafq. Lugonis & aliorum, qui (ut diximus supra) existimant sufficere sanctitatem Sacramenti, quae eadem dubio procul invenitur in Baptismo sive à Sacerdote, sive à laico, sive *solemniter*, si privatum ministratur.

*Supposita necessitate specialis confirma-
tio ad graviter peccandum, plurimi ad-
huc docent graviter peccatum baptizan-
tem non so-
lenniter.*

Imò vero etiam multis ex illis, qui docent necessitatem esse ad graviter peccandum, specialem consecrationem, displicet illa sententia D. Tho. idque quia tales accepterunt gratiam Ordinationis ad baptizandum, etiam non solemniter. Quid si enim Ecclesia non instituisset Baptismum solemnem, sicut potuit non instituere, an ideo Sacerdos extra necessitatem baptizans in malo statu non peccasset mortaliter? Potest quidem in necessitate conferri Baptismus à non consecrato; si tamen confertur à consecrato, quidni & consecratio & specialis gratia concurrent? Ceterè ideo Sacerdos Diacono, Diaconus carteris debet preferri, ut infra videbimus, ubi de ministro Baptismi.

168. Ex eadem diversitate sententiarum oritur, utrumque probabile esse, peccare scilicet, & non peccare novo peccato mortali contrahentes Matrimonium in malo statu, præcisè in quantum sunt ministri. Evidem à prudenti pendet iudicio, quæ in præsenti testimoniis debeat gravis irreverentia, & quæ levius: multi autem prudentes judicant tam ministracionem esse irreverentiam gravem, multi etiam levem. Omnes conveniunt Parochi tali Matrimonio assistenter & sponsos benedicente, non graviter in honore Sacramentum; quippe qui illud non ministrat, sed assistit tantummodo tanquam testis, sive notarius publicus ex voluntate Ecclesie essentialiter requisitus.

Et hinc

169. *Sacerdos probabiliter non peccat mortaliter audiende Confessio-
nem in pec-
cato morta-
li, modò contritus aboliatur.*

Sequitur Secundò, Sacerdotem probabiliter & verius non peccare mortaliter, audiendo confessionem in peccato mortali, modò contritus absolvat; quia ad mentem Doctoris Subtilis in sola absoluzione essentia litteris consistit Sacramentum Pœnitentie. Per confessionem quidem applicatur materia absorolucionis, sed à pœnitente, confessario se habente merè passivè; posset siquidem absolvere, et si præter intentionem audivisset. Quamvis ergo auditio latè

sit actus judicialis, strictè tamen non est actio confessari, sed potius effectus actionis pœnitentis. Unde per illam auditionem non operatur aliquam gratiam, sed est quid requisitum, ut per absolutionem, quæ est propria ejus actio, suo modo sanctificet. Cumque pœnitens pro tunc non debeat esse in gratia, imò nequidem attritus (suffici quippe, quod ante absolutionem doleat) cur id requiratur in alio, qui materiam istam admittit?

Ita interrogat quidam recens Scriptor, & prosequitur: Materia ista non est ita collativa gratiæ ut forma: nam si esset, cur pœnitens non deberet esse pro tunc in gratia? sicut in Baptismo videtur debere Sacerdos esse in gratia & dum abluit & dum formam profert, cum utrumque sit æquè collativum gratiæ. Alioquin dici possit sufficere, ut sit in statu gratiæ instanti collationis gratiæ sive prolationis ultima syllabæ. Evidem quis conyinset ita dicentem? Tamen amplius refutatur, quia minister debet esse in statu gratiæ quatenus ex officio confert gratiam, quod facit etiam dum incipit ponere partem: nam omnes partes æquè sunt collativæ gratiæ; neque ipse confert gratiam, nisi quatenus conficeret signum gratiæ, quod æquè competit toti Sacramento. Hactenus ille.

170.

Ait contra: quando pœnitens absolvitur, quando baptizatur infans vel adultus, non debent esse in gratia, & tamen in absolvente vel baptizante ex officio id requiritur.

Præterea, esto confessio sit pars essentia litteris Sacramenti, adeoque causativa gratiæ; num ideo bene sequitur: absolvens debet esse in statu gratiæ; ergo etiam confitens? Minime. Et si causam queris, audi quare: confitens ponitur in statu gratiæ per ipsum Sacramentum; secus absolvens. Quid si enim quicquam se ipsum validè posset baptizare aut absolvere, numquid requiretur status gratiæ ante completum Baptismum aut Absolutionem? Quomodo ergo erunt Sacra menta mortuorum? Communicet aliquis se ipsum, nonne ante communio nem debet se probare per confessionem, aut saltem per contritionem? Quis ambigat? quippe Sacramentum est vivorum, quod per se non confert primam gratiam, sed presupponit illam in subjecto.

Sic ergo Sacramentum Pœnitentie aut Baptismi presupponit quidem gratiam in conferente, sed non in suscipiente. Optima igitur disparitas inter ablutionem & confessionem est, quod in ista Sacerdos habeat se activè, in hac vero (ut dixi) solùm passivè:

passivè; vel in sententia Scotistarum, quòd Baptismus essentialiter consistat in ablutione & prolatione formæ, Pœnitentia autem in sola absolutione.

171.
Sacerdos extra statū gratis Eucharistiam distribuens, peccat mortaliter.
Est contra Vasquez Lugonem &c.

Sequitur tertio probabiliter peccare mortaliter Sacerdotem, qui extra statum gratiæ distribuit Eucharistiam, eti ab alio confectam. Ita passim Theologi, reclamante Valq. disp. 136. cap. 3. n. 39. quem sequitur Em. Lugo disp. 8. n. 155. cum nonnullis alijs, quos refert Diana tomo 1. de Celeb. Miss. resol. 23. probabiliter contrarium opinantibus, eò quòd non conficiat Sacramentum, nec proximè sanctificat tanquam minister Christi, ut in alijs Sacramentis; sed solum localiter applicando Sacramentum, quod eodem modo daret gratiam eti applicatum fuisse à laico vel amente. Neque enim communicans alios est causa moralis gratia, id est, movens Deum ad dandam gratiam; quamvis alio sensu minus proprio possit dici causa moralis, quia videlicet applicat Eucharistiam ex intentione sanctificandi; sicut qui inducit Presbyteros ut ungant infirmum, appellatur causa moralis illius unctionis.

Nec obstat, quòd Sacerdos ad hoc sit consecratus, quia (secundum illos Doctores) consecratio per se non inducit obligationem, saltem gravem. Admittunt equidem actionem illam, quia aliquo modo sancta, proveniens à ministro ad illam ordinato, exigere aliquo modo sanctitatem ministri; non tamen ita graviter, ut ipsa confessio Sacramenti. Hæc pro sententia Vasquezij.

172.
Probatio ex autoritate praestitum Pauli V.

Contraria (quæ est communior in scholis) specialiter fundatur in auctoritate: nam cap. fin. 16. q. 8. Nicol. 1. exprefse agit de ministrante Eucharistiam. Vide verba in principio hujus conclusionis. Verum (ut superius notavi) Pontifex ibi non explicat malitiam mortalem, de qua sola hic controvertitur. Melius ergo probat auctoritate Pauli V. in Rituall Rom. Titulo supra citato, ubi postquam de indignè ministrantibus Sacramenta generaliter dixisset: In aeterna mortis reatum incurruunt; §. Ceterum, specificando Sacra menta, de quorum ministerio in generali egerat, & de quibus in speciali deinceps reflabat in Rituall agendum, inter cetera enumerat Eucharistiam; utique ejus distributionem: nam illa sola Parochis propria est: Ceterum (inquit) illorum tantum Sacramentorum, quorum administratio ad Parochos pertinet, ritus hoc opere prescribuntur; cuiusmodi sunt Baptismus, Pœnitentia, Eucharistia, extrema Unctio & Matrimonium.

Et infra tractans particulariter de Sanktissimo Eucharistiae Sacramento statim in principio Tituli majorem exigit venerationem in ejus administratione, dicens: Omnibus quidem Ecclesiæ Catholicae Sacramentis religiose sanctiæ tractandis magna ac diligens cura adhibenda est; sed præcipue in administratione ac suscipiendo Eucharistie Sacramento, quo nihil dignius, nihil sanctius & admirabilius habet Ecclesia Dei; cum in eo continueatur præcipuum & maximum Dei donum, & ipsem omnem gratiam & sanctitatis fons auctor, Christus Dominus. Atque illa erit ratio hujus probabilis opinionis, puta, quia Sacerdos sustinet personam Christi (cui proprium est nos perficere corpore & sanguine suo) in munere augustissimo, id est, in administratione dignissimi Sacramenti, ad quam specialiter est conformatus.

Propter eamdem rationem putant aliqui idem dicendum esse de Diacono ministrante Eucharistiam ex commissione Sacerdotis: nam (inquit) Diaconus etiam ordinatus, ut ex commissione Sacerdotis ministrat Eucharistiam: Diaconum quippe oportet ministrare ad altare, baptizare & predicare. Ubi sub ministerio altaris comprehendit potest distributio Eucharistie.

Alij excusant Diaconum à peccato mortali, causantes ipsum ad hoc non ordinari jure divino, seu vi Sacramenti Diaconatus, sed solum assumi ex concessione Ecclesie à Sacerdote committente: a quo (si id vellit Ecclesia) etiam posset delegari idem ministerium Subdiaconi, qui tamen idcirco non esset ad hoc ordinatus à Christo vi Subdiaconatus; & olim dabatur Eucharistia singulis laicis servanda in tempus opportunitum, & tunc proprijs manibus ori ingeneranda: quod & modò fieri posset, si Ecclesia judicaret expedire.

Itaque ad hoc munus jure divino solus ordinatur Sacerdos iuxta illud hymni matrimonialis officij SS. Sacramenti: Sic Sacrum istud instituit, cuius officium committi voluit sibi Presbyteris, quibus sic congruit ut sumant & dent ceteris: sic tamen, ut Deus non prohibuerit id alii rationabiliter communicari; prout de facto Ecclesia ita permittente, Sacerdos necessitate occurrente dispensationem Dominicæ corporis committere potest Diacono, quemadmodum olim Sixtus Pontifex commiserat dispensationem Dominicæ sanguinis B. Laurentio, ut legitur in divino officio Festi, Responsorio 4. Experire (inquit) utrum idoneum ministrum elegeris, cui commissisti Dominicæ sanguinis dispensationem.

Non itaque ex sua ordinatione habet potestatem.

An eadem
fir ratio ob
ligationis
Sacerdotis
& Diaconi

174.
Diaco^{nus}
non habet
ex sua ordi-
natione po-
tentiam di-
tribuendi
Eucha-
ristiam, qui
habet po-
tentiam ba-
ptizandi.

pote^tatem distribuendi Eucharistiam, uti^t habet potestatē baptizandi, sed dum-
taxat p̄r ceteris aptior est ad hoc mini-
sterium, quia peculiariiter consecratus in
ministrum immediatum Sacerdotis, adeo-
quā ad serviendum in rebus dignioribus;
Subdiaconus autem ordinatur ad mini-
strandū in alijs minus dignis, ut prōinde
Diaconus ministret soli Sacerdoti, Subdia-
conus autem Diacono. Et ita major causa
requiritur ut in hoc ministerio Sacerdos
utatur op̄erā Subdiaconi vel Laici, quām
Diaconi. Igitur per ministerium altaris
quod ex vi Ordinationis sūrē competit
Diacono, propriè intelligitur cantatio
Euangelij, & alia munia, quae ordinario jure
Diaconus obit in Sacrificio Missarū.

En probabilitate hujus opinionis magis
speculativa quam practicā, cūm rarissimum
hodie occurrat casus, iū quo Diacono datur
commisso ministrandi hoc Sacramentum.

Quæstio magis practicā est, an Sacerdos
supposito quod peccet mortaliter, tot com-
mittat peccata mortalia numero distincta,
adeoque in confessione explicanda, quot
sunt homines, quibus uno actu continuo
& successivo distribuit Eucharistiam. Sed
quia decisio non est hujus loci, elige quod
placet; nam utraque pars est probabilis.

Affirmativam tenet Dicatillo disp. 3.
n. 234. & plures alij, cōd quod singulæ di-
stributiones sint diverse actiones termina-
tæ & completae, non componentes unam,
sed omnino separatae: sicut si quis plu-
res homines occideret diversis iactibus,
continuò tamen & successivè: similiter si
pluries, sed continuò fornicaretur, nemo
dubit quin committeret plura peccata
numero distincta sigillatim in confessione
explicanda; imo (secundū illos Auctores)
et si plures unico iactu occideret.

Nihilominus negativam partem docent
Tannerus, Henriquez, quos respert & se-
quitur Diana parte 1. Tract. de Circum-
stantijs resol. 41. Eamdem sustinet Mar-
chantius Tomo 1. sui Tribunalis Tract.
3. Tit. 4. quest. 2. conclus. 2. Reg. 2.
vocans aliam opinionem intolerabilem.
Ratio ipsius est: quia omnes illa distri-
butiones ad unum numero ministerium in-
tegrale, sive ad unam actionem moralem
spectant. Distributio enim illa sive mini-
sterium naturā suā non determinatur ad
unam hostiam, quemadmodum occiso aut
fornicatio; sed per modum eōne & con-
vivij postulat, ut omnibus ad mensam se
präsentantibus eodem ministerio sacrati-
fissimus cibis apponatur. Unde Christus
Apostolis accumbentibus dicebat per mo-

dum unius ministerij: Comedite ex hoc om-
nes: bibite ex eo omnes, et si successivè sin-
guli, etiam de manu ejus, acciperent.

Probat à simili: Caupo qui mensam ap-
ponit in tempore prohibito, vel prohibitis
cibis instrūctam, cūm per modum unius
convivij apponat, ex ratione ministerij,
etiam si viginti homines accubant, tan-
tum unum peccatum committit.

Simile profecto nimium claudicans.
Enimverò apponere mensam est actus de se
indifferens, & peccatum dumtaxat scandali,
idq̄ indirecti, nisi caupo positivè
intendat violationē jejunij, aut inciter
vel urgeat ad comedendum, quo casu ad-
mittit Marchantius esse plura peccata. Dico
(inquit) ex vi ministerij & appositionis;
aliud enim est si singulos ad comedendum
incitaret aut utgeret. At cur hoc? Nonne
etiam ad rationem ministerij spectat invi-
tare convivas ad comedendum & biben-
dum?

Dices: Quia invitando est positiva causa
cur singuli illi peccent. Esto; etiam appo-
nens mentam est cauta, saltem negativa, cui
imputantur omnia illa peccata, que à co-
medentibus committuntur, quia potuit &
debet impedit, & non impedivit.

Respondes, appositionem esse unicum
actum moraliter. Sed contra: etiam invi-
tatio potest esse unicus actus; nam possunt
omnes simul una voce invitari: deinde
quamvis singulatim omnes invitarentur,
cūm sit unicum convivium, moraliter erit
una invitatio.

Assiginet ergo Auctor ille differentiam
inter appositionem & invitationem, cur
magis hac sit multiplex peccatum, quām illa;
& forē eadem reperietur inter appo-
sitionem & distributionem Eucharistie in
malo statu, que est actus intrinsecē malus,
& multiplex numero saltem physice.

Cateroquin cūm ipsa expōsītio Vene-
rabilis in loco ordinario communicantium
sit quasi appositio mensæ, et si quis distin-
ctis horis Eucharistiam distribueret, uni-
cum solum committeret peccatum; quod negat
Marchantius supra in fine istius Re-
gule, dicens: Si pluribus vicibus mora-
litas à se invicem distinctis se præfenteret,
sicut censetur in peccato mortali multiplicare
ministerium, sic censetur multiplicare
peccata. Sicut si quis in Natali Domini
tres Missas in peccato mortali celebrarer,
ter peccatum mortale committeret. Similiter
qui tribus distinctis temporibus se distri-
butioni Sacra Communionis, aut Cōfessio-
nibus audiendis in peccato mortali expone-
ret, pro ratione triplicis ministerij distincti

Probatur à
simili,

177.
Reprobatur
simile,

178.

A a

tria

tria peccata mortalia incurreret. Hæc ille.

Sed quæro ego : quæ sunt illa tria tempora? Altum silentium. An forsitan tres distincti dies? An tres horæ? an tres quadrantes unius hora? Quid si per triduum continuum maneat Sacramentum expositum? An toties peccabit, quoties de novo egreditur? Quid si ergo maneat per totum diem in altari & primâ horâ accedit unus, secundâ alius; tunc manens in sede confessionali nunc unum absolvit, post quadrantem alium? Num recessus à sede erit necessarius ad multiplicationem peccatorum? Quid si Sacerdos in Natali Domini tres Missas celebet uno actu continuo & successivo non recedens ab altari?

Et (ut revertamur ad cauponem) quid si mensa strata & cibis appositis, singulorum convivantium ori cibos ingereret, effervesce unum numero peccatum? Quid si hanc horâ unus accederet, sequenti horâ alius; annè plures peccasset capo? Quid si plures successivè accederent indignè ad hoc Sacramentum, numquid minister absque multiplicatione peccatorum multiplicabit distributiones?

179. Sed pergamus cum Marchantio: Idem (inquit) censendum est de eo, qui se exposuit ad audiendas confessiones; etiam si centum successivè se presentent, & ab eo in peccato mortali existente absolvantur, unum tantum peccatum mortale committit: quia ministerium & actionem naturâ suâ communem omnibus accedere voluntibus exercet, quam explicamus per verbum: pro tribunali sedere: iudicium facere: causas dicere.

Confirmat Primò, exemplo judicis sacerularis. Secundò, exemplo Baptismi, in eo, qui per modum aspersionis plures simul baptizaret. Verùm hæc exempla & quæ dubia sunt, & tam facile afferitur in illis committi plura peccata, quam unum. Ponamus quippe judicii alicui inferiori prohibitum esse per superiorē ullam causam judicare; nihilominus sedet pro tribunal, judicat decem; quidni committat decem peccata? Certè non video rationem convincentem contrarium, cùm sint judicia omnino distincta.

Dato quoque in tali Baptismo non reperiri nisi unicum peccatum, adhuc disparitas est, quod unicus solum sit actus, qui an possit habere plures malitias numero distinctas, alio loco à DD. disputatur probabiliter in utramque partem; in casu autem principali sunt plures numero distributiones: sicut quando plures successivè baptizantur,

sunt plura Baptismata: quidni etiam plura peccata, si minister solemniter baptizans non est in statu gratiae?

Eodem loco præmemoratus Author docet, celebrantem Missam in peccato mortali, non peccare tribus peccatis ex eo quod in mortali consecret, in mortali communict, & in mortali illam populo distribuat, sed tantum uno: quia hi omnes actus eundem numero ministerij & celebrationis seu actionis sacrae partes sunt, quibus perficitur quoad integratam. Unde sufficit Sacerdoti explicare, quod Missam in peccato mortali celebraverit.

Similiter (inquit) qui Baptismum administrat solemniter, eti plures actus Sacramentales concurrent, ut Exorcismi, Unctiones, Ablutio &c. tantum unum peccatum committit, quia illi actus ex institutione Ecclesie actionem principalem Baptismi concomitantur.

Sed quis non videat discrepantiam inter actus concomitantes Baptismum ex una parte, & consecrationem, sumptionem ac distributionem Eucharistie ex altera? Nam actus concomitantes Baptismum, ut Exorcismi, Unctiones &c. scilicet sumptu non sunt materia peccati mortalis: at vero consecratio scilicet sumpta constituit peccatum mortale, similiter sumptio & distributio Eucharistie. Atque contingere potest, ut quis in peccato mortali consecret, non autem communicet scilicet aut populum; & vice versa ut non consecret in mortali, licet communicet scilicet vel populum in mortali. Cur ergo non pecet triplici peccato, qui in eadem Missa consecrat in mortali, communicat in mortali, & distribuit Eucharistiam in mortali?

Fateor: sufficienter confitetur Sacerdos, qui consecravit & sumpsit Eucharistiam in mortali, dicendo: Celebravi Missam in peccato mortali; siquidem absque consecratione & sumptione non celebratur Missa: ergo etiam qui consecravit, sumpsit & distribuit Eucharistiam in peccato mortali, sufficienter confitetur dicendo: Celebravi Missam in peccato mortali; negatur Consequentia: nam sine distributione Sacrificium essentialiter & integraller est completum, & hodie frequentissime celebratur Missa absque distributione Eucharistie; ergo Confessionarius ex istis verbis non intelligit distributionem in peccato mortali, esto intelligat consecrationem & sumptionem. Hæc longius, quæ res hoc loco postulet. Tranfuso ad alia.

Sequitur 4. non esse peccatum mortale in statu peccati mortali elevare cum reverentia

Non est
peccatum
mortale

mortalis
elevare in
mortali ho-
stiam sa-
cram à ter-
ra.

183.
Nec ben-
dicere Cor-
poralia &c.

Nec confi-
cere sacra-
menta Chri-
stis cui tamen
contradic-
tum Lugo.

184.
Disparitas
inter Sacre-
dotem in-
unguentem &
Episco-
pam con-
ficien-
tem Chri-
stis;

Item inter
conferan-
tem Eucha-
ristiam &
benedicen-
tem oleum.

rentia hostiam sacram à terra; veluti si quis peccator Christum degentem in terris visisset lapsum, & cum reverentia porrectâ manu eum levasset. Præterea transferre de loco ad locum, aut cum eadem benedicere populum. Ratio patet: quia hæ actions non sunt administratio Sacramenti. Ex qua ratione.

Sequitur 5. Episcopum extra statum gratiae benedicentem corporalia, consecrare Ecclesiæ aut calices, non peccare mortaliter; quia ethi ad ista munia sit consecratus, non conficit tamen verum Sacramentum nomine Christi.

Idem dicitur de Episcopo conficiente sacram Chrismam, vel benedicente oleum pro infirmis, quidquid contradicat Card. Lugo supra n. 156. motus hac ratione: quia licet per consecrationem Chrismatis & benedictionem olei non perficiantur Sacra- menta Confirmationis vel Extremæ Unctionis, incipiunt tamen fieri per illas; quippe constituitur oleum in ratione materiae validæ, sicut per formam Baptismi consti- tuitur aqua in ratione materiae Baptismi. Sicut ergo consecrans Eucharistiam debet esse in statu gratiae, licet tunc Sacramen- tum non apparet; quia nimis ponit ma- teriam proximam, que postea quando ap- plicatur dat gratiam: ita etiam Episcopus consecrans Chrismam, ponit materiam Sa- cramenti, que postea dat gratiam; etenim postea non datur gratia solum intuitu ver- borum vel unctionis, sed etiam intuitu Chrismatis vel olei benedicti; atque adeò intuitu benedictionis præterea: ergo Epis- copus benedicens non minus sua actione concurrit ad sanctificationem eorum qui unguntur, quam Episcopus vel Presbyter ungens.

Respondeo negando consequentiam: quid enim clarius, quam Presbyterum un- gentem confidere Sacramentum, quod proxime & per se sanctificat; Episcopum vero benedicentem preparare dumtaxat materiam remotam, que non sanctificat, neque est pars Sacramenti, nisi quando novâ & distinctâ actione à Presbytero applicatur? Que ergo similitudo inter aquam Baptis- mi, que per formam constitutus actualis pars Sacramenti, & oleum benedicendum, quod forte nunquam causabit gratiam de- fectu unctionis? Ceterè peregrina.

Et minor, in modo nulla, inter conferantem Eucharistiam, & benedicentem oleum; nec enim ideo consecrans debet esse in statu gratiae, quia Sacramentum applicatum est causativum gratie sanctificantis, sed quia actu conficit Sacramentum, causans mora-

liter omnis gratiae fontem, Corpus scilicet & Sanguinem Christi sub speciebus panis & vini.

Sequitur 6. pariformiter dicendum esse, 185.
cum DD. communis, de Clericis mino- Non pec-
rum Ordinum exercentibus in malo statu cant mort-
funia suorum Ordinum; quemadmodum etiam taliter Cle-
ri mino-
rum Ordin-
um, nec Subdia-
conus aut Diaconus
ministrans
tes.

Sequitur 5. Episcopum extra statum gratiae benedicentem corporalia, consecrare Ecclesiæ aut calices, non peccare mortaliter; quia ethi ad ista munia sit consecratus, non conficit tamen verum Sacramentum nomine Christi.

Nihilominus irreverentia non videtur excedere latitudinem peccati venialis; quia isti verè non administrant Sacramentum. Idque verum existimamus (secluso scandalo & contemptu) eti si pius fieret; quippe nec multiplicatio venialium, nec voluntas plura peccata venialia committendi, facit mortale, nisi obiecta coalescant, quod hic non fit; vel nisi immineat periculum proximum peccandi mortaliter, quod utique abesse potest.

Et ita intelligendus est D. Aug. Epist. 186.
108. ad Seleucianam, ubi in fine sic ait: Qualiter in-
Neque enim ea nobis dimitti volumus, que di- telligendus
misi non dubitamus in Baptismo; sed illa utique, fit D. Augu-
que humana fragilitati, quamvis parva, tam stinus de re-
crebra subrepunt. Que si collecta contra nos fuer- petitione
rint, ita nos gravabunt & oppriment, sicut unum ad ut ve-
aliquod grande peccatum, ad quod disponunt. nialiter
Etenim (juxta D. Gregor. parte 3. Past. ad- peccanti-
mon. 34.) Fit plerumque ut mens assueta malis nosi.
levioribus, nec graviora perborrescat, atque ad quamdam autoritatem nequit per culpis ini-
trita perveniat. Telle siquidem Ecclesiastico Ecdi. 19.
cap. 19. v. 1. Qui spernit modica, paulatim de-
cidet. Unde D. Aug. verbis jam citatis sub-
jungit: Quod enim interest ad naufragium, utrum
uno grande fluctu navis operatur & obruatur,
an paulatim subrepens aqua in sentinam, &
per negligientiam derelicta atque contempta, im-
pleat navem atque submerget?

Quod alijs verbis sic explicat lib. 50.
Homil. Homil. ultima c. 8. (alijs cap. 3.)
Que (peccata venialia) quamvis singula non
lethali vulnera ferire sentiantur, scuti homici-
dium & adulterium, vel cetera huiusmodi, tamen
omnia simul congregata, velut scabies quo plura
sunt recant, & nostrum decus ita exterminant,
ut ab illius spongiis formâ praesiliis hominum
castissimi amplexibus separant, nisi medicamento
quotidianâ penitentia discentur.

Non quod Sanctus Doctor velit, plura
illa venialia per se esse mortalia secluso
scandalo, contemptu & periculo gravioris
peccati,

Aa 2

peccati , ad quod sunt proxima dispositio : sed quia (ut loquitur Ser. 41. de Sanctis)

Idem. Licit illis peccatis occidi animam non credamus ; ita tamen eam velut quibusdam pustulis & quasi horrende scabie replete deformem faciunt , ne ad amplexum illius sponsi celestis aut vix antea cum grandi confusione permittant . Et ideo contumacis orationibus & frequentibus ieiuniis & largioribus elemosynis , & praecipue per indulgentiam eorum , qui in nos peccant , assidue redimantur , ne forte simul collecta cumulum faciant , & demergant animam .

Demergant (inquam) nonne in infernum ? Nequaquam ; sed in ignem Purgatorij , de quo ibi agit Aug. addens : Quidquid enim de istis peccatis à nobis redemptum non fuerit , illo igne purgandum est , de quo Apostolus dicit , quia in igne revelabitur . Et si cuius opus arserit , detrimentum patietur .

Et sane si venialis multiplicata per se constituisse mortale , affigat aliquis certum numerum illorum peccatorum ; alioquin semper erimus incerti an mortaliter peccemus , otiosè v.g. mentiendo , imò semper peccabimus mortaliter , quia semper exponimus nos periculo mortaliter delinquenti , quia sunt haec tenus inaudita . Itaque si semel aut bis cantare Euangelium in malo statu non est grave delictum , neque erit centesima vice , nisi (ut dixi) ratione scandali , aut certè periculi gravioris mali .

Cæterum Vafq. disp. 136. cap. 4. n. 45. dicit se non videre , quā ratione , si nullum de hac re extet preceptum , venialis etiam peccati rei sint Diaconi & Subdiaconi , qui in peccato mortali ministrant . Neque ego video ; nam omne peccatum (ut ibidem Vafq. notat) est transgressio legis .

Præterea (inquit) si aliquius peccati rei esset , mortaliter culpæ reatum incurrenter , neque enim levis actio censeri debet cantare solemniter Epistolam aut Euangelium ; alioquin Diaconi & Subdiaconi suspensi aut excommunicati non peccarent mortaliter , nec consequenter incurrenter irregularitatem , si semel aut iterum solemniter fungantur suis munij , quod est contra omnes .

Respondeo solemniter cantare Epistolam vel Euangelium esse materiam leven in ordine ad preceptum naturale religionis de non ministrando rem sacram in statu peccati mortalis , propter minorem sanctitatem , quam in se habet ; hoc tamen non obstat , quin jure positivo possit graviter prohiberi . Neque enim omnem obligacionem lex naturalis per se determinavit , sed hominibus data est potestas ut , ubi etiam nulla est obligatio naturalis , positivam sub

mortali imponant ; magis , ut gravem superaddant levi praexistenti . Enimvero distractio voluntaria per longum tempus in recitatione officij non præcepta , est solùm culpa venialis ; quia continet levem irreverentiam contra sanctitatem illius actionis : equidem accedente præcepto humano sit materia gravis , sufficiens ad peccatum mortale .

Simile reperitur in peccatis factis in loco sacro , quæ quidem ex sanctitate loci contrahunt aliquam malitiam venialem sacrilegi , raro tamen mortalem , ubi specialis prohibitus legi Ecclesiastica non intervererit : propter quam utique placita secularia , & alia que referuntur in Cap. *Decet de Immunitate Eccles. in 6. sacrilegia sunt mortalia vel venialia pro ratione materia in se consideratae antecedenter ad aliquam legem . Fieri autem potest , ut materia in se gravis , respectu diversatum legum gravis sit & levis , v.g. auditio Missæ est materia gravis respectu legis Ecclesiasticae , quia multum conducit ad profectum spiritualem uniuscujusque , qui est finis istius legis : & idem esset si in aliqua Religione talis auditio singulis diebus præcipetur . Porro si præcipiat per legem civilem tanquam medium ad bonam gubernationem Reipublicæ , censetur materia levis , quia licet finis gravis sit , tamen illa auditio parum conducit ad ejus consecutionem . Quid si ergo & ipse finis esset levis ?*

Sic igitur in præsenti solemniter cantare Euangelium vel Epistolam , ex se est materia sufficiens & capax gravis obligacionis , tanquam principalis actus Ordinis Diaconatus aut Subdiaconatus ; cumque plurimum conducat ad finem legis Ecclesiasticae suspensionis aut excommunicationis (ut consideranti liquet) dubio procul graviter delinquit Diaconus vel Subdiaconus exercens tales actus sibi per suspensionem vel excommunicationem prohibitus : è contra verò lex naturalis , cùm solidū respiciat sanctitatem actionis , dictat parvam esse irreverentiam actionem istam exercere in statu peccati mortalis , quia sanctitas ejus parva est in comparatione actionum sacramentalium , qua sunt causæ efficaces gratiae sanctificantis .

Objicies Primo : Graviter probabet omnibus Clericis ministrare in Ordinibus susceptis ante poenitentiam de peccatis gravioribus , c. ultimo de Temp. ordin. *Quæsum est (inquit Gregor. IX.) de Sacerdotibus vel alijs Clericis , qui post reatum adulterij , periurij , homicidij vel falsi testimonij , bonum conscientia recta perdiderunt . Et infra Responsum*

187. Non videt Vasquez , cur Diaconus minister in mortali peccati venialiter , si nullum de illare extet preceptum . Non icté tamen sensit , si aliquis peccati rei forent , mortaliter culpa reatum incurros .

183.

Cap. De Immunitate Eccles. in 6.

189. Objicte prima ex jure graviter inibet te Clericis ministrat ante pacificamentum . Greg IX.

^{12m.} ^{190.} deinus si non panituerint, monendi sunt, & sub intermissione divini iudicij obtestandi, ut in testimonium sua damnationis, in suscepis etiam Ordinibus non ministrarent. Et cap. ultimo de Cohabitatione Clericorum, idem Pontifex ad eandem questionem sic respondet: Verum est quendam pro mortali peccato, quoad se ipsum constet esse suspensum &c.

Respondet Pontificem ibi specialiter talem ministracionem non prohibere (ut patet ex verbo monitionis) sed indicat sollem obligationem naturalem non ministrandi; non quod in singulis actionibus singulorum Ordinum sit novum peccatum mortale (quis enim credit Acolythus portantem cereos, & Ostiarium aperientem ostia templi peccare mortaliter?) sed quod sit aliquod peccatum, & quidem grave ex genere suo, quod ob timorem divini iudicij sit vitandum; ne dum exterius profitemur sanctitatem, quam debemus habere & non habemus, nos ipsos coram Deo condemnemus, juxta illud Apostoli ad Rom. 2. vi. 1. In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis, que iudicas. Et infra v. 3. Existimas autem hoc a homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facies ea, qua tu effugies iudicium Dei? Unde non dicit Pontifex eos ministrare in damnacionem suam, sed in testimonium sua damnationis.

Fortè etiam (ut advertit Emin. Lugo disp. 8. n. 147.) in illis textibus sermo est non de singulis actionibus istorum Ordinum, sed de toto officio & exercitu, quod absque gravi peccato esse non poterat, quia juxta antiquos canones, qui nunc etiam ex parte obseruantur, ministri saltē altaris communicabant in Missa Solemni de manu celebrantib; ut ex can. 9. Apostolorum & decreto Anacleti Papæ & multis Auctoribus obseruat Suarez disp. 69. de Euch. sect. 3. §. Ad secundum.

^{191.} Objectiones Secundū: Legimus Deum morte corporali punivisse Diaconum ministrantem in peccato mortali, Spec. Exempl. dist. 9. exempl. 110. ergo ministrando peccabat mortaliter.

Respondeo negando consequentiam Primō; quia Deus morte corporali potest puniri peccatum veniale. Sic videtur punivisse Ozam 2. Reg. 6. eo quod tenuisset arcā, quoniam calcitrabant boves & declinaverunt eam. Quin imo justè infligunt mortem temporalem filiis innocentibus ob peccata parentum, Exodi 20. v. 5. Ego sicut Dominus Deus tuus fortis & zelotes visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem. Patet in filio Davidis nato ex adulterio 2. Reg. 12. v. 14. Veramiamen

quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc filius qui natus es tibi morte morietur.

Quanto potiori iure (& hæc sit secunda responsio) potuit Deus punire morte temporali peccatum luxuriæ præteritum, in quo Diaconus ille ministrabat? Evidem per illam impudentiam, licet non mortalem, demeruit remissionem, vel dilationem supplicii, quod jam meruerat.

Petes, quid dicendum sit de concionante in statu peccati mortalis? Responsio plena est ex iam dictis de Diacono & Subdiacono. Si tamen peccatum sit publicum, natum est exinde sequi grave scandalum in populo, adeoque gravis culpa in ejusmodi concionatore. Ita quidam recens Author.

Sed cupio doceri, quod sit illud scandalum, quod præcisè oritur ex concione hominis peccatoris: vel enim est temerarium judicium, quo populus judicat concionatorem dicere & non facere; quis autem credit judicium temerarium, quo iudicatur res luce meridiana clarior? vel est fornicatio v. g. aut aliud peccatum, ad quod auditores inducuntur exemplo concionatoris; & hoc non oritur præcisè ex concione, sed ex mala vita præcedente omnibus cognita; vel certè foret non fructificatio in populo; & quis nescit concionatorem pium & sanctum quandoque nullum aut parvum fructum facere, etiam aliquando suā culpā, v. g. propter ridicula, quæ miscet verbo Dei? nemo tamen propterā arguit ipsum mortalis scandali.

Non video ergo quæ sit illa ruina spirituali proximi tam gravis, quæ nata est sequi ex tali concione, nisi fortè contemptus formalis verbi Dei, qui ordinariè non interfuerit; sed potius admiratio & iusta indignatio contra hujusmodi concionatorem, ut qui prius deberet facere quam docere, exemplo Christi qui caput facere & docere, audeat publicè docere & dicere, quæ in conspectu totius populi non observat;

Ut ut sit de scandalo, quod ordinariè natum est sequi, haud dubito, quin aliquando ex hujusmodi concionibus, aut certè vita concionatoris, grave possit generari scandalum, apud hæreticos maximè & infideles, qui judicant populum cum Sacerdotie; juxta communem verbum Regis ad exemplum rotus componitur orbis. Vilipendunt quaque & derisuhabent Christianam Religionem, falsam existimantes ejus doctrinam, cui concionator non solum non conformiter, sed multum disformiter vivit.

Propter hæc & similia merito D. Aug. lib. 2. contra Epist. Parm. cap. 10. (& habetur

192.
Non peccat
mortalis
in malo sta-
tu praedi-
cans,

Non appa-
ret qualitas
promiscuè
ex scandalo
dato morta-
liter peccata

193.

A a 3

190 Disp. I. De Sacramentis in genere.

habetur can. *Omnia 1. q. 11)* *Omnia* (inquit) *Sacmenta cùm obsint indignè tractantibus, prostant tamen per eos dignè sumentibus: sicut & verbum Dei. Vnde dictum est: quia dicunt facie, quae autem faciunt, nolite facere. Ubi annumerat concionatores ministri Sacmentorum; quia tamen Sacmenta majorem continent sanctitatem, quam conciones, quae solum remotè disponunt hominem ad veram gratiam sanctificantem; hinc sit ut ministri Sacmentorum ad id specialiter consecrati peccent mortaliter administrando Sacmenta in malo statu; concionatores autem concionando solum venialiter per se loquendo.*

Et sanè non minus peccat minister Sacmentorum ministrando indignis, quam ministrando indignè. Pro quo pono hanc conclusionem.

CONCLUSIO XII.

Ministrans indigno quodcumque Sacmentum peccat mortali sacrilegio, & sàep scandalo, nisi justa causa excusat.

194. Matth. 7. **P**er indignum intellige eum, qui quidem suscipit verum Sacmentum, sed non gratiam Sacmentalem propter indispositionem. Probatur autem prima pars conclusionis ex Scriptura Matth. 7. v. 6. *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte concilient eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos.*

Ratio Conclusionis.
3. Cor. 4. Ratio est: qui ministri Sacmentorum sunt dispensatores mysteriorum Dei, teste Apost. 1. Corint. 4. v. 1. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei.* Et addit: *Hic iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inventetur.* Porro fidelitas dispensatoris in hoc maximè elucet, quòd dispensatores res Domini sui juxta ejus voluntatem, id est, sic ut habeant effectum, ad quem à Domino ordinatae sunt. Alioquin & facit injuriam Domino, & rei quam male dispensat.

Quemadmodum ergo suscipiens Sacmentum indignè (ut dicimus sectione sequenti) peccat graviter contra Religionem, quia facit contra reverentiam debitam, impediens effectum Sacmenti; ita etiam indigno Sacmentum administrans. Quod graphicè expressit D. Chrysoft. Homilia 60. ad populum Antiochenum his

verbis: *Inhumanus accedit nemo* (loquitur s. Amb.) *de Sacramento Eucharistiae; eadem autem est ratio de alijs Sacmentis viorum & mortuorum respectu ad suam dispositiōnem)* nemo crudelis & immisericors, nemo prossus immundus. Hæc ad communicantes dico, & ad vos ministrantes. Nam & ad vos sermonem convertere necessarium est, ut multo cum studio hec dona distribuatis. Non parva vobis imminet ultio, si quenquam, illius culpa conscijs, huius mensa participem esse concedatis: sanguis eius de manibus vestris exquiretur; sive quis dux militia sit, sive Prefectus, sive Princeps diadema coronatus, indignè autem accedit, prohibe, maiorem illo potestatem habes. Propriea vos Deus hoc insignis honore, ut talia discernatis.

Profectò si Sacerdos graviter peccat contra reverentiam debitam Sacremento, & contra officium suum, hostiam lacram v.g. projiciendo in terram, pedibus conculcando &c. quidni etiam porrigitudo indigno, qui non est nisi fœda cloaca omnium solidum? *Sepulchrum patens* (inquit Psalm. 5. v. 11.) est guttura eorum.

Quod attinet secundam partem conclusionis, scilicet peccatum scandali, noli de eo dubitare quando indignus, non paratus suscipere Sacmentum, posse invitat, ut in tali statu suscipiat: scandalum quippe actuum nihil est aliud, quam dictum vel factum minus rectum, præbens occasionem proximo peccati.

Dixi: *In tali statu*; quia non videatur illicitum generaliter omnes invitare ad susceptionem Sacmentorum, quamvis prævideatur aliquis indignè accessurus; siquidem non invitatur ut in malo statu suscipiat, sed ut dignè se disponat sicut potest & debet, ac ita dispositus accedat.

Exemplum habemus in Christo, qui omnes Apostolos invitavit ad Eucharistiam illis verbis: *Accipite & comedite: Bibite ex eo omnes, cum tamen optimè nosset Judam acceptum in malo statu.*

De quo ergo hic disputatur, est, an simpliciter ministrans Sacmentum indigno potenti semper peccat scandalio. Ratio pro parte affirmativa sit: quia semper formaliter cooperatur peccato indignæ susceptionis; debuit siquidem hic & nunc (ut suppono) peccatum illud impedire; ergo omissione minus recta est causa ruinae proximi.

Et quidem admisso gratis (de quo hic non disputo) actum extermum malum superaddere novam malitiam formalem actum interiori, non dubito de veritate. Quia tamen contrarium probabile est & magis communis,